Opuscula

POTESTAS THEMIDIS POLONÆ SUPREMA

IN

ILLUSTRISSIMO & REVERENDISSIMO DOMINO,

D. FRANCISCO

In KAZNOW

KAZNOWSKI,

Ecclesiarum; Cathedralis Posnaniensis
ARCHIDIACONO PSCEVENSI,
in Chodziez & Rogozno PRÆPOSITO,
REGNI TRIBUNALIS JUDICE,

DUM

In Alma Studij Generalis Universitate Crac:
UTRIUSq; JURIS DOCTOR,

A PERILLUSTRI & REVERENDISSIMO DOMINO,

D. M. JOANNE LUKINI,

U. J. Doctore & Professore, Ecclesiarum Cathedralis
Cracoviensis CANONICO, Visliciensis & SS. OO. Cracov:
PRIMICERIO, Sławkoviensis PRÆPOSITO, Contubernij Regio-Iagelloniani PROVISORE,
Solenni plausu renuntiaretur;
Per M. CASIMIRUM STANISLAUM PAŁASZOWSKI, Ph: Doctorem, Tylicianum Eloquentiæ Professorem, Collegam Majorem;

Panegyrico Cultu

ADORATA.

Annò quò Summa Potestas CHRISTUS salutem humanam reparavit 1725. die 27. 9bris.

CRACOVIÆ, Typis Collegij Majoris ACADEMICIS.

In Gentilitium Stemma
ILLVSTRISSIMÆ
DOMVS
KAZNOVIORUM



Cernitur expansis ALES dum Stemmate pennis,
　Semper KAZNOVIOS alta tenere docet.
Sublimes prædas excelsi poscit honoris,
　Quas meriti pennis advolitare solet.
Hæreteos volucres pellit, propulsat & hostes,
　In Patria nidum qui posuêre suum.
Celsa petat, calcans soleatus lubrica quævis,
　Ad Solium SOLEIS, est manifesta Via.

Ad Tribunal calame citaris!

SUPREMÆ POTESTATI
obedientiam præſtare debes,
Cui aliquando in minimo refragari,
ſemper grande piaculum eſt.
Orbis totus non aliter ſubſiſtit,
niſi intra orbitam perſiſtat Poteſtatis.
Habet ſuos quaternos Cardines,
contra quos gyrari etſi vellet, non poteſt.
Habent Cælorum ſphæræ Intelligentias Motrices,
Ad quarum ſenſum regulares peragunt motus.
Legibus ſuis in Zodiaco ordinatis attendit Tytan,
Fons lucis & Aſtrorum Princeps
totius Cæli luminaribus præeſt,
habet tamen hanc jurisdictionem Superiorem,
Cui omnino ſubeſſe tenetur.
Reges in ipſos Iovis Imperium manet.
Etiam in Regno libertatis
non eſt liberum contrariari Statutis.
Aut ad pœnam aut ad obedientiam lex obligat omnes.
Sceptra Regum pretioſi Indices ſunt,
quibus rectum æquumq; indicatur.

Radiant aurô & vias æquitatis illustrânt.
Erecta manibus tenentur,
à recto deflectere subditos non permittūt.
MARESCHALCORUM
& in Magistratibus
PRÆSIDENTIVM Scipiones
Virgæ directionis sunt,
à quibus non leviter vapulant
justitiæ transgressores.
Fulciunt innocentes, nocentes erigunt,
sed ad pænam;
ne desit sceleri timor & virtuti tutamen.
Ore desuper aperto vocalissimæ Præsulum Tyaræ,
neminem ad mortem, vel ad pænā vocāt
clamare tamen continuò videntur:
Discite justitiam moniti & non temnere DIVOS.
Sive simplex, sive non viso robore
Monitorium intimatur,
robur suum & valorem habere solet,
maximè adversùs delinquentes.
Magistratus omnis lex loquax est,
etsi aliquando taceat,
ipso tamen silentio suam enarrat potestatem.
O Numen millenis honorandum Aris
Magistratuum Potestatem!
sine qua, potentissima imbecillia Regna.
Tol-

Tollatur nitidus Sacræ Themidis mucro,
omnis virtutum fulgor tenebreſcet.
Excutiatur Aſtrææ de manib9 æquilibriū
pondus nullū merita habebunt, demerita invaleſcēt.
Sine oculis fingitur Themis,
ſed bene Dominia ſuo proſpiciunt bono,
quæ illam adorant.
Solem Aſtræa in Regnis agit,
lumine ſuo inocciduo perſtringit malos,
bonis ſerenum meridiem proſperitatis accendit.
Lucem ejus qui oderunt, ſe ipſos oderunt.
Videat Chriſtianitatis Antemurale Polonia
quæ ſuis Principibus & Regibus debet.
Lechus primus dedit originem Genti,
dedit & Reginā volucrū Aquilā pro Inſigni,
ut poſtquam evolaverit in altum,
ſuam gloriam æternis mandaret faſtis,
& ſcriberet Monarchis gratitudinem immortalem.
Sub alijs Fidem Veri DEI profeſſa;
ſub alijs in pietate & literis doctior evaſit,
ſub ſingulis, magnis ſemper victorijs inclareſcit.
Quibus uſq; ad invidiā Gentiū, exornatur:
ſingula fermè ſingulis Regnantib9 debet.
Stephano Bathoreo,
vel exinde perennem obligationē habet,
quòd primus ſtatuit in Regno Tribunalia.

Coronavit ſummo Poloniam Iure,
ne fruſtra Rex ethymô nominis ſonaret Coronam.
SVMMA HÆC TRIBVNALIA
Regis ſummam divulgant laudem,
Poloniæ gloriam
in ſummum elevant gradum.
Regnat cunctis ſingulisq;
in Magiſtratibus Themis,
in Supremis Tribunalibus
penes ſummam poteſtatem,
ſummum Dominium habet.
Hanc Supremam Poteſtatem,
quam in Te cuncti venerantur & æſtimant,
ego planè adoro
Illuſtriſsime
&Reverendiſsime Domine,
D. FRANCISCE
in Kaznow
KAZNOWSKI,
In Eccleſia Cathedrali Po-
ſnanienſi ARCHIDIACONE,
in Chodźież & Rogozno PRÆPOSITE,
Regni Tribunalis JUDEX.
Quan-

Quanta etenim eſt Tribunalis gloria,
tota in Te eburneum Solium habet.
Heroica Magni Achillis facta
parva Homeri in Iliade leguntur;
Suprema judiciorum Poteſtas
in Te evidentiſſimè clareſcit.
Totus mente Tua Athenienſium
Areopagus continetur,
ſed à Te diverſus;
In illo etiam lumine amoto
Perſonarũ aliquãdo ſpectabatur delect9;
Ad Tuum magni judicij lumen
ſola ſemper patet juſtitiæ evidentia.
A Sole ipſo Planeta Supremo.
obliquè in ſolum ſparguntur radij,
à Tui ingenij Phæbo lucidiſſimo
ſolius æquitatis provenit rectitudo.
Claris juribus affundis lumen,
obſcura plano ſenſu illuminas,
ne in illis cæcutire Themis videatur.
Ariſtidem ita ex aſse imitaris,
ut eum facias redivivum.
Secũdis vicib9 Iudex Regni Tribunalis es,
non Tibi, aut Tuo privato intereſſe,
ſed alijs felices geminas vices.
Toti Orbi Polono

Bis repetita placet Tuâ Deputatio,
Centies repetita displicere non poſset.
Per ambas tamglorioſiſſimas Functiones,
nec intima mente cogitare licet,
ut Ambidexter nomineris.
Ori Tuo reſpondet opus.
Cor nunquam diſcrepat à lingva.
Fundis ab ore roſas,
ſpinas pectore non tegis.
Quod æquitas poſcit, hoc ſemper dicis.
Iuſtas cauſas Tuo approbas ſenſu,
injuſtas & de inæquitate
convictas protinus damnas;
dubias ita perſpicaci
mentis acumine reſolvis,
ut ſoli juſtitiæ adſtringantur.

In Tua Gentilitia Solea,

habet Diva Themis Hæmiſphæriū Cæleſte.
Limatiſſimo judicio ſententiam profers,
quam hic tantùm incuſare poteſt,
cui ipſa non placet juſtitia.
Votis ſuis, ſe eluſum nullus dicit,
Tuo illi ex æquo patrocinante voto.
Bonis ſemper Avibus ad Tribunal venit,
cui omen feliciſſimum pandit

Avis

Avis Tua Gentilitia.

Solidè in juris processu persistit,
quem Tua Solea firmat.

In Nomine Crucis Tuæ,

bene cuiq; ad vota desideria succedunt,
& omnis justa causa triumphat.
Te magnum Super-Arbitrum
suarum, qui eligunt causarum,
bono nunquam non potiuntur eventu.
Romæ & Carthagini adhæres,
sed utriusq; sine interesse amicus.
Es Pompeianus cum Magno, Cæsarianus cum Julio,
sed Amborum
quod Diva Themis suadet, nõ parcis causæ.
In unam inter se controvertentiũ partem
ita lynceus Argus es,
ne & in alteram careas luminibus centum.
Acclinas uni exporrectam aurem,
sed illam & ab altera patentem non avertis;
ut utraq; pars
secundùm justitiam bene audiat, sollicitè quæris.
Dextram manum sic uni porrigis,
ne & altera gravem sentiat lævam.
Sic uni clarum aperis sensum,
ut & alteri Phæbeus existas.

Serenam frontē ſolis virtutibus exhibes,
vitijs non item.
Illas placido aſpectas oculo,
hæc gravi perſtringis ſupercilio.
Soli probitatis cultores
Te ſuum Gratianum colunt,
Catonem horrent exceſſivi.
Boni Te ſuum Aſylum, mali perniciem agnoſcunt,
utriq; nunquam à Tua appellant ſententia,
quam nonniſi pronuntias
ſolius juſtitiæ ad inſtantiam.
Profundo ſilentio in debitum compoſito cultum,
Veneror hîc Maximis pares Majores Tuos
Illuſtriſsime Domine,
Elevatos virtutibus in Cælum & in Patriā
humili ſtylo non extollo.
Graviſſimos meritis levi pēna tangere nō præſumo.
Oceano Sangvinis Tui
rivulos Oratorios non affundo.
In Campo Sarmatico
Tuos Aborigenes florentiſsimos
Tullianis floribus non exorno
ingentibus ſuis decoribus Ornatiſsimos.
Hæc exigua pagella
Tui Ipſius Illuſtriſ. Domine,
magnis laudibus impar,
ſequen-

ſequentibus Tuis obruor elogijs

Anteceſsores Illuſtriſsimos,

uſitata Oratoribus, Prætermiſſionis Figura veneror.

Noſcit Auguſta Heroum Mater Polonia,

quæ ab illa

Tuis Majoribus obligatio debetur.

Aquila Sarmatica

quoties in hoſtes ſæva fulmina miniſtravit,

toties hæc etiam Tuus ACCIPITER urgebat.

Campanulis quas pedibus alligatas gerit

hoſtibus funera inſonabat,

Solennitatem triumphi Patriæ nuntiando.

Hucusq; Sceptra Lechiæ

Tuus circũvolat ACCIPITER & tuetur.

Annalibus immortalis gloriæ

Polonum nomen ſuo calamo inſcribit.

Solea Tua Gentilitia

in Arcum ſe flectit Triumphalem,

cui innixa Reſpublica

adverſis caſibꝰ nunquã ſuccũbere poteſt.

Quocunq; hæc procedit Solea

Veſtigia ubiq; figit glorioſa.

Semel ad montem Calvum

Arduum ſuperandi iter,

felicem occaſionem dedit,

ſemper hoſtium cervices premit
& quævis ardua vincit;
honorum culminibus inferri digna.
Dimidium ſinuatur in circulum,
ſed Patriæ eſt fortunæ rota perfectiſsima
& Magnorum peripheria Virorum.
Plures utiq; è KAZNOVIORUM Domo
ad cariſsimæ tutamen Patriæ,
quàm ex Equo Trojano ad perniciem,
armati ſolent Heroes prodire.

Ignibus Martialibus

Patriæ ſerenos forrunæ dies
ſibi meridiem accendunt gloriæ;
ſemper factis ſuis Jlluſtriſsimi.

P E T R V M
K A Z N O W S K I,

Te digniſsimum dum Nomino Parentem
Heroum Compendium dixi.
Adamantinū Patriæ fulcrū PETRVS erat
& ſimul adamas verus,
Caſibûs adverſis inconcuſsus.
Pretioſū ex meritis ſuis Reip: monile erat,
ſiſyphæum dicendus ſaxum in hoſtes,
à quibus

magna-

magnanimus Heros, libertatis Defenſor,
fortiſsimè Patriam tuebatur.
Etiam ad ſepulchralem lapidem
quo magnæ ejus exuviæ teguntur,
ſibi triumphales ignes elicere non deſiſtit.
Apellis penicilló opus eſſe cenſeo,
ut Parentem Tuam æſtimatiſsimam
vivis coloribus delineare poſsit.
ZIEMECCII ſangvinis Vnio HELENA,
magnum pretium à ſangvine habet,
majus à virtute, maximum ab utroq;
Pietate in Superos clareſcens,
Ceras Domus Tuæ Illuſtriſſimas fulgore auget,
utinam augeat ſine vitæ occaſu.
Illuſtr: Parentum & Aborienũ magnitudo
ſuam in Te Illuſtr: Domine,
adæquatam menſuram habet;
quam meritis Tuis in immenſum adauges.
Dum Puſio eras jam ſpectabaris magnus.
Capiſti qua finis erat.
Ipſius naturæ ordinem invertiſti.
In florentiſſimo Tuæ ætatis vere,
morum maturitate autumnũ præferebas.
Ludus Tibi, quo adoleſcentia oblectatur,
niſi in ludo ſcholaſtico erat.
Ad virtutes & Diſciplinas omnes cùm adhibueris motus,

 ſolum

ſolum retrogradationis neglexiſti,
ne à perfectione gradum removeres.
A limine non ſalutâſti Muſas,
ipſũ Tibi placuit Palladis Cõclave ingredi
ut ex omni ſcibili dares reſponſa, funderes Oracula.
Alios fontes Parnaſſi inflare ſolent,
Tu quò doctior eò demiſſior
in humili de Te fundatus ſenſu.
Ingenio magno ſublimis, non elatus,

Animorum Regina Svada

alios dictionis ſuæ exornat apparatu,
à Te eundem derivavit.
Rotundo ore formabas Periodos,
quæ ſinuabantur in Coronam
Principi Eloquentiæ.
Felici ingenij Tui Cymba
Ariſtotelicum enavigâſti Eurippum,
ex quo gemmas eruditionis collegiſti,
quibus Patriam ornas, Eccleſiam ditas.
Rari ſunt,
quos ex integro ſui Cultores Minerva agnoſcat.
Proceſſit in culmen gloriæ
Pôëtarum Princeps ligatis pedibus Maro,
ſed Oratorios non enavigabat fontes.
Placuit Ciceroni ſoluta Oratio
non item ligata.

Quæ

Quæ Divinum Platonem
rerum non latebant Ideæ,
Ptolomæo ignotæ erant.
In Tuo tersissimo Animo
totam se quævis scientia videt.
simul Maro simul Tullius es.
Te Aristoteles Divina scrutanti
non invidet Platoni,
nec Plato Aristoteli,
uterq; Te possidet totum.
Scientiarum Apex Theologia
in Tui vertice Capitis nacta Capitolium,
Quæ Mysteria Sacra
sub lumine Fidei tractat,
illi captivâsti intellectum in obsequium,
& quòd totus eidem dicatus fueris;
Triumphatricem reddidisti.
De hostibus veræ Fidei evasurus Victor
Te Thomistco Torque præcinxisti.
Dignus Theologicis coronari Laureis,
nec obstat,
quòd D. Themis Te suâ nũc redimiat Lauru.
Cæsar ex utroq;
nõ geminis sed geminatis in immẽsũ dign⁹ Corymbis
Alijs olim Civicæ alijs Murales,

alijs Obſidionales dabantur Coronæ;
Tuum eruditiſſimum Caput
omnes fermè Laureæ concernunt.
Arte Te præſtare notum eſt,
Marte quòd valueris non ignotum.
Poſt Scholaſticam Arenam
quàm glorioſiſſimus decurrebas Athletā,
in Martis Caſtra proceſſiſti.
Magnanimā, multorū capacē Indolē Tuā
non Muſæ duntaxat imbelles,
etiam armatus concernebat Gradlvus.
Armipotens Mars & docta Minerva
utiq; ejuſdem Iovis magna Progenies.
Ambo Numina germana ſunt,
utriq; militare convenit & decet.
Vſitatô Magnis Viris exemplô
qui aliquando priùs criſtatam galeam,
quàm Infulam portare ſolent;
Minervæ Noctuis Illuſtriſſime Domine
adjunxiſti Aquilas Militares.
Eccleſiaſticis Ordinibus
præmiſiſti Bellonæ phalanges.
Vocandus Magnus Myſta ad Sacra,
Te militari dedicaveras ſacramento.
Ignibus flammisq; Martialibus
Tibi

Tibi ad FLAMINES illuminasti viam.
Lucta Tibi in Arena Martis placuit,
antequam oleô ungereris.
Voluisti primò cum infensis Patriæ hostib9
magnanimus pugnare Heros,
ut victi bellô honores
meritis Tuis in spolium cederent.
Obtuleras Te in certamen pro Aris,
in quibus Cælo victimaturus eras.
Obligata meritorum non ingrata Patria
his Manibus ingerere Pastoralia,
quæ in hostes stringebant enses.
Humeros exornare Purpurâ,
qui Militare portabant Sagum.
Hoc Infulis tegere Caput,
quod galeam gessit.
Gratulor POSNANIENSI CATHEDRÆ
Quæ Te Canonicum Illustrissime Domine,
mox Prælatum meritissimum excepit.
Sed Te etiam Tua modestia recusante,
Titulis majoribus opto.
Qui Augustæ Basilicæ Posnaniensi
præsidet cum Clavibus PETRVS,
Meritis Tuis & Virtutibus
alta honorum Conclavia pandat.

Crux intra Gentilitiam poſita Soleam
pridem meruit exaltari.
Quæ Crucis domabat hoſtes
pectore portari digna.
Publicarum Functionum locis
quantum Tua inclareſcunt merita
Illuſtriſsimi
& Excellentiſsimi Domini
Loci Ordinarij probârunt.
Purpureum Campi Sarmatici Decus
Florentiſſimus ROSARVM Ternio
in
Illuſtriſſimo Excellentiſſimo
& Reverendiſsimo Domino
D. CHRISTOPHORO
In Slupow
SZEMBEK,
DEI & Apoſtolicæ Sedis gratiâ,
EPISCOPO Cujavienſi perfectiſſimus,
Te omnis perfectionis Virum
ſummo pretiô non deſinit æſtimare.
Iuppiter enim CHRISTOPHORVS
prõpti9 jaciebat in hoſtes Eccleſiæ fulmina
quæ

quæ illi promptiſsimus miniſtrabas.
Totam Hæreſum Gigantomachiam
in Poſnanienſi Diœceſi
ut gloriosè vinceret,
præſens illi adfueras Alcides.
ROSÆ in ſpinas hoſtibus mutabantur,
in Te gratiſsimum odorem fundunt.
Mutavit Cælum
Atlas Patriæ CHRISTOPHORVS
non erga Te animum
Illuſtriſsime Domine,
Etiam loci diſtantia remota
affectum Ejus in Te non ſeparare poteſt.
Iungere Te ſibi continuò prætendit,
qui nunquam à Te eſt diviſus.
Architecta honorum ASCIA
ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI
D O M I N I,
D. J O A N N I S
De Czekarzowice
T A R Ł O,
Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ,
Epiſcopi Poſnanienſis,

Ad Tribunal Regni DEPVTATVM
Peraugusti Capituli Votô
quôd Te electum habere voluit;
Tibi altiores Dignitatum gradus struere meditatur.
Gratiosus in omnes IOANNES est,
in Te gratiosissimus.
Recubuit olim dilectus Discipulus
in pectore Magistri IOANNES
nunc in Te FRANCISCO
recumbit toto affectu IOANNES.
Amoris tamen Ejus dum toleras pondus
hoc non Tua merita premit,
sed in altum procedere optat.
Multis annorum lustris
in totam Diœcesim Posnaniensem
Iudex Surrogatus
Illustrissimus
quorumcunq; judicabas causas,
Tibi juris obligatorij Processum
ex vi gratitudinis non desinunt formare.
Nimis hoc arduum negotium
Tuæ activitati facile fuit.
Difficultatem molestam & labores
Tibi facilitabat peritia juris.
Quot-

Quotquot de Legibus volumina dantur,
Tuæ illa menti involvisti,
propterea ex tempore
Omne dubium perplexum resolvis.
Vtriusq; Juris amplitudinē
Sagacissima Tua compendiâsti mente,
ne rogantes à Te sententiam,
in longa expectatione teneres.
Sede Vacante Episcopatûs Posnaniensis
non eras maximis vacuus curis.
Concordi Illustrissimi Capituli voto.
Generalis Diæcesis ADMINISTRATOR
portâsti indefessis humeris onus,
quod semper Atlantes poscit.
Quæ in tam arduo Officio munia dantur,
promptiùs illa exequabaris,
quàm poterant evenire.
Caput primum omnium cùm fueris,
irrequietè cogitabas,
singulorum menti respondere.
Poscebant Te Iudicem causæ,
protinus habuerunt.
Poscebant Visitatorem Ecclesiæ
nunquam illis defueras.
Poscebant Examinatorem Ordinândi;

Te Lydium lapidem
ſui ingenij habuerunt.
A Te Digniſſimo Examinatore probati
Splendidiùs in aurum ſacris aptabantur.
A Te diligenti cura Viſitatæ
Sponſæ Chriſti Eccleſiæ,
pulchriùs in ſuis ornamentis ſplendebant.
A Te Magno Iudice
litigantium disjudicatæ cauſæ,
nullum Aræopagum quærebant.
Muti Magiſtri Libri
ſuam, quam in paginis continent,
vivaciùs eruditionem loquuntur,
qui Te ſapientiſſimũ habuerunt Cenſorẽ.
Diverſa ſol dum obit ſigna,
diverſos in terram radios ſpargit.
In ſigno Cancri
retrogradationẽ à noſtro horizonte facit,
dies diminuit, noctes opacas auget.
Pro diverſitate ſignorum ſibi non nobis idem.
Tu ILLUSTRISSIME DOMINE
diverſis in Functionibus ſemper idem.
Ex Officio
quod adminiſtras diverſus,
non ex Tua activitate,
quam omnibus æqualiter & ſufficienter vis patere-
De-

Deeſſe nemini ſoles,
Omnibus prodeſſe curas.
Ore diſertiſſimo
quo Te Diæceſis
ARCHIDIACONUM emeritiſſimũ dicit,
Muſæ Academico-Lubranſcianæ
Te ſuum Mecænatem loquuntur.
SZOŁDRSCIA NAVIS
felix Petriæ Argo
quæ in Academiæ Alumnatum
Munificentiæ invexit pretia,
à Te augmentum habent.
Academiæ Lubranſcianæ
& Alumnatus Szołdrſciani
Digniſſimus æſtimatiſſimus
Curator Mecænas
non poſtremas impendis curas
commodo Muſarum ſervientes.
Extra Romam
alter Commodus in Literas dicendus.
Minervæ LUBRANSCIANÆ Cultores
notant literarum in paginis ſtylum,
Tibi in pectore obligatiſſimo
ſcribunt gratitudinis characterem.
Magnis intentus Functionibus
à Divinis Officijs

nunquam remiſſionem admittis
Illuſtriſſime Domine.
Inter publica negotia
non deeſt Tibi privatus angulus
ex quo dirigis ad Superos vota.
Redolent gratiſſimè
Tymiamate pietatis Tuæ
Altaria Divorum.
Parietes Templorum fulgent,
quibus pretioſa ornamenta procuras.
Liberalem Tuam munificentiam
Xenodochia fatentur.
Multorum tenuior fortuna
anguſtijs inopiæ preſſa
Tuas FRANCISCI
divites in ſe experitur manus.
Vitâ functus eſt
ILLVSTRISSIMVS olim & REVERENDISSIMVS
VALENTINVS
MATHIAS
de Hertzberge
ARCEMBERSKI,
EPISCOPUS Kijovienſis, ABBAS Sieciechovienſis &c.

glo-

gloriæ ſuæ augmentum habet,
quòd Sangvini ejus proximus
factis eundem æmuleris.
Virtutes Tuas
quas nimiùm æſtimabat vivus
lætus ab æthere ſpectat.

Illuſtriſſimus olim
& Reverendiſsimus
HIERONYMVS
à Magna Chrząſtow
WIERZBOWSKI,
Epiſcopus Feſſenſis,

Suffraganeus, Vicarius in Spiritualibus,
Præpoſitus, & Officialis Generalis
Poſnanienſis,
Cuſtos Varſavienſis,
Tibi ILLVSTRISSIME DOMINE
Conſangvinitatis nexu obligatus.
Magnus meritis HIERONYMVS
amore in Patriam
& in Superos pietate maximus,
ſanctitatis opinionẽ adhuc vivus adeptus.
Claritudinem virtutum ejus

longæva ſæcula vivas.
Ipſa inevitabilia fata
hânc Poteſtatem Themidis Polonæ
vitent & revereantur,
quam in Te Supremam
Panegyrici plauſûs Cultu
adorando DIXI.

